



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



DISPUTATIO

IN PRIMAM AC DI-
VINAM ARISTOTELIS
STAGIRITÆ PERIPATETI-
CORVM PRINCIPIS PHI-
LOSOPHIAM

JACINTA ET CA-
THOLICA ACADEMIA INGOLSTA-
DIENSI ANNO M. D. LXXVII. DIE
XIII. IVLII publicè pro-
posita:

PRÆSIDE
R. P. ANTONIO BALDVI-
NO SOCIETATIS IESV, META-
PHYSICÆ PROFESSORE, ET
Facultatis artium pro tempo-
re Decano:

RESPONDENTE
DOCTISSIMO IN PHILOSOPHIA
CANDIDATO ACHATIO STIGLERO MONA-
CENSE, Illusterrimi Ducis ALBERTI in nouo
Albertino Collegio Alumno.

INGOLSTADII, Ex Officina Vveissen-
horniana, 1577.



AD ILLVSTRIS-
SIMVM AC CATHOLI-
CVM PRINCIPLEM ET DOMI-
NVM, D. ALBERTVM COMITEM PALA-
TINVM RHENI, VTRIVSQUE BA-
ria Ducem, &c. Dominum cle-
mentissimum,

DIVM E G R E G I V M q̄ S T V D I V M ,
quo vehementer inflammatis, Prin-
ceps Illusterrime, ad propagandam
religionem Christianam, quam à ma-
ioribus tuis, potentissimis BAVARIE Ducibus, ac-
ceptam, summo amore cultuq; singulari prosequen-
teris, nemo non maximopere commendat. Omnes
enim, qui cupiunt bene de Ecclesia Catholica mereri,
nō modo singularem pietatem tuam admirantur,
verū etiam eximiā animi magnitudinē summis
laudibus efferunt, quod penè unus in Germania
repertus sis, qui difficilimis hisce rei Christianae be-
ne gerenda temporibus dignitatem tuam cum Ro-

E P I S T O L A

mana Ecclesia utilitate cōiungendam existimares:
Cuius autoritatem quantum reuerearis, quantoq;
eius tuenda atq; augenda tenearis desiderio, decla-
rat satis prolixa liberalitas, qua anno elapsō in
hac Ducali tua Academia ^F N G O L S T A D I A N A,
Collegium maximis sumptibus erexit, ad eos alē-
dos, qui in religione propaganda, utilem Prouincia
tua operā nauaturi sperantur. In quorū numerum
cū ego, Princeps Illustriſime, maximo tuo in me
beneficio sim cooptatus, duxi mearum partium esse,
studere, vt gratus videar Celsitudini tua, simulq;
spem haud obscuram afferam, te iſtius munificen-
tia percepturum fructus uberrimos. Atq; ad prius
illud cōsequendū, operam dabo, vt, quoad vixero,
singularē eximiām q; munificantiam tuam semper
in memoria habeam, eiusq; amplitudinem ubiq;
predicem, quam nullo alio officij genere adquare
possum. Spem verò maximā vt habeas, breui te vi-
furum maxima commoda ac emolumenta, ex hoc
tuorū Collegio, in uniuersum BAVARIE Ducatū
ampliſſimum redūdere, hortari videtur Assertio-
nes hæ Metaphysicæ, quas C.T. meritissimò nuncu-
pandas esse existimauit: Primū, vt literary hu-
iusce seminarij, quod Amplitudo tua, nō abſq; diui-
no consilio instituit, fructus suauissimos primus ipſe
deliba-

DEDICATORIA.

delibares: *Tum ut praeclarissima tanta scientia praeconia immortalem laudē tuam maxime spectarent, cuius unius beneficio, post diuturnā eius tradenda intermissionem, gratulabunda huic Academia restituta est. Siquidem nihil, ALBERTE Princeps Illustrissime, tam secundūm naturā est, quām unumquemq; laborum & consiliorū suorū primis fructibus oblectari, usq; adeò, ut quamvis posterioribus, aut tenuiores sint, aut immaturiores; tamē, quia omnium primi delibantur, ceteris & iucundiores & suauiores esse videantur. Hinc omnium, quæ ex terra procreātur, primogenia, tanto apud primos illos unius Numinis cultores, in honore ac pretio fuerunt, ut ea cuncta uni Deo immortali sacra atq; dicata esse voluerint. Quæ quidem consuetudo mihi maiorem animum fecit, ad hosce primos ingenij studiorumq; meorum partus, C.T. offerendos atq; dicādos; spe maxima fretus, istos tanto fore gratiōres Amplitudini tua, quanto rariores eiusdem argumēti Assertiones, ex ludo nostro Peripatetico hactenus prodierunt. Ad hanc enim tēpestatem Metaphysica, suprema Philosophia pars, in hac nobili ac celebri Academia vel parum exculta vel omnino desiderata fuit, cuius absentiā, mirum non est, magnam obscuritatem ma-*

EPISTOLA DEDICATORIA.

gnumq; detrimentū reliquis sc̄iēt̄js attulisse. Quā-
doquidē fieri nequit, ut ibi floreant artes liberales,
ubi non viget Philosophandi studium: Cuius vim
perfectè consequi nemo poterit, nisi absolutā Meta-
physices cognitionē sibi comparauerit: Huius enim
sc̄ietia maximē proprium est, hominū ingenia à te-
terrīmis ignorātiā tenebris vindicare, & rerū ma-
ximā cognitione exornare, ipsosq; mortales ve-
ri summiq; Numinis ignaros ad unius DEI OPT.
MAX. cultum, duce natura, traducere: Quo ma-
gis has Metaphysicarum quæstionum summas, ma-
xima Praeceptoris mei, viri docti ac religiosi, vigi-
lantia in percontando positas, nō modò propugnā-
das suscepī, verū etiam typis mandatas C.T. in-
scribendas putavi, cuius clementiam summopere
rogatam velim, ut istos fructus ex hoc nouo Chri-
stiana istius Reipub. seminario recens ortos tanti-
sper boni cōsulas, donec in dies maiore studio ac la-
bore excultum, ubriores Celsitudini tua offerat.
Vale, Princeps Illustriſime, DEVsq; C.T. diu nobis,
BAVARIÆ, totiq; Ecclesia Catholica seruet incolu-
mem. FNGOLSTADII 3. Non. Julij. Anno 1577.

C. T.

Hunilimus Alumnus

Achatius Stiglerus Monacensis.

IN DVODECIM LIBROS
METAPHYSICORVM ARI-
STOTELIS DISPV-
TATIO.

IN PRIMVM LIBRVM META-
PHYSICVM.

CONCLVSIO PRIMA.

VIUS DISCIPLINÆ, DE QVA DISPV-
tare instituimus, summam in omni genere dignitatem atque
nobilitatem esse, veteres illi sapientia antistites demonstrâ-
runt, cum eam grauiſſimis nominibus modò Metaphysicam
ſive Supernaturalem, modò primam Philosophiam, modò Sapientiam, ac
humanam Theologiam, appellârunt.

2. Ex quo nobis illud reftatum reliquerunt, hanc effe ſcientiam
maxime neceſſariam, quod tradat primas vniuersales cauſas, & prin-
cipia rerum communissima, ad que res & veritates omnes reſoluuntur, &
ſine qua cæteræ ſcientiæ facile ſuo munere fungi, dignitatemq; tueri vix
poſſunt.

3. Omnes autem homines naturâſcire deſiderant, non ea ſolùm, que in-
genito naturæ lumine, ſed ea quoq;, que non niſi ſuperni luminis præſdio,
valent intelligere; nam ad hæc omnia intellectus noſter potentiam habet.

4. Dupli ci verò Appetitu homines ſcientiam expetunt; uno, qui intel-
lectui proprius eſt, quiq; omnem cognitionem præcedens, naturalem ipſius
nuditatem & aptitudinem confequitur: Altero, qui voluntatis appeti-
tus dicitur, quo intellectus aliquem ſcientiæ gulfum confequutus, vle-
riū ad perfectam eius poſſeſſionem inclinatur.

5. Neq; ideo quod pauciſſimi cultores sapientiæ reperiantur, eius cupi-
ditatem

D I S P U T A T I O I N

2 dicatem non omnibus ingeneratam esse, putandum est: Id enim ex eo contingit, quod difficultatibus, quibus sapientia acquiritur, absterrentur.

6. Ad acquirendam porro scientiam præter externam Doctoris operam, in sensibus natura nobis magnum præsidium collocauit; siquidem ex frequenti sensu, Memoria; ex pluribus memorij, experientia; ex pluribus experientijs artes & scientia comparantur.

7. Hoc autem ars & experientia differunt, quod licet operatio veriusq; circa singularia versetur; illa tamen ex uniuersali causa rerum cognitione, hæc actionis suæ rationem ignorans, ex sola prædicta & cōsuetudine, operari docet.

8. Et quamvis in operando experti plerumq; quam scientes (qui partculares actionum circumstantias ignorant) proficiant magis: Tamen artem habentes, magis scientes, quam experti, dicendi sunt, & magis honorandi; illi autem maxime, qui artem suam experimentis & prædicti confirmârunt.

9. Posse Methodum inueniendarum scientiarum Practicas scientias cum Theoricis conferens, has multis nominibus, præsertim quod non propter utilitatem Inuentorum, sed ob solam voluptatem, animiq; perfectiōnem repertæ sint, præferendas esse, ac nomine Sapientiae digniores iudicat.

10. Quapropter Metaphysicam (quod inter speculatiwas scientias prima sit) sapientiam esse, ex conditionibus sapientis rectè colligit, quam etiam maxime Theoricam, liberam, honorabilem, & non humanam esse pulchre deducit.

11. Has porro sapientis conditiones enumerat; habere notitiam omnium, maxime rerum certarum & difficilium; posse in qualibet scientia quasitorum causas altissimas reddere; sui gratia, seu propter ipsum scire, scientiam eligere; ordinare & non ordinari; persuadere & non persuaderi; finemq; ultimum considerare; & ipsius sapientiae omnes alias scientias famulari ac subseruire.

IN L. LT.
BRVM.
Conclu.12.

QUONIAM Metaphysica ut naturam seu conceptum Entis uniuersæ, sic & veritatem seu verum, quod cum Ente recurrit, speculatur; ideo posteaquam libro primo circa veritatem principiorum antiquorum errores refutauit, de indaganda veritatis modo initio libri secundi differit.

13. Veritatis

13. Veritatis autem cognitionem, licet difficultis sit, non esse tamen impossibilem; insitum hominibus sciendi desiderium, quod in omnibus suo fine frustrari non potest, manifestè declarat.

14. Nec tamen ex eo sequitur, veritatem seu verum toto ambitu & modis omnibus à nobis comprehendendi posse; siquidem primum verum, & virtus principiorum, respectu cōclusionum, quæ ex ipsis eliciti possunt, prospero debilitatem ab intellectu nostro non plenè cognoscuntur.

15. Ut enim radj solares oculorum aciem retundunt: Sic quia intellectus noster in occultum & illustre intelligibile non absque difficultate fertur; veritatem conclusionum non nisi per principia; in quibus latitat; & veritatem caussa prima, nisi per effectus, in quibus aliquo modo nobis adumbrata est, cognoscimus.

16. Cùm igitur facilias & difficultas omnis ex obiecti ad potentiam proportione, vel improportione ortum habeat, ut res quædam super intellectum nostrum multum eleuatae sunt, quædam infra ipsum multum depresso, quadam modo cognoscendi eius satis accommodatae: Sic quarundam veritatem facilius, quarundam verò difficultius aſsequimur.

17. Siquidem Principiorum veritas, quia ut cognoscatur absq; ylla in prius cognita resolutione, sola terminorum notitia indiget, omnino facilis est; conclusionis verò quia per analysin ad per ſe nota & fixa principia (quæ scientiarum quædam ianue & intellectus instrumenta ſunt) ſciri debet, satis est difficultis.

18. Hinc perſacile colligitur, non omnem veritatis cognoscendæ difficultatem ex parte ſolius intellectus oriri: Nam etiam res aliqua, quod rationem intelligibilis exigue participant, ex ſua natura intellectum nostrum aut non omnino, aut parum ſaltem mouere ſunt idonea.

19. Ut enim visibilitas, quæ luciditatis seu coloris quædam paſſio est, in magis lucido ſaluatur maximè; ſic intelligibile, ſubſtientem, vel abstractam immaterialitatem consequens, magis in ſubſtantijſ separatis, & minus in mixtis, ac in ipſa materia ſaluatur minimè.

20. Ex quo & illud obiter inferri potest, cùm per Philosophum, in ſubſtantijſ separatis idem sit intelligens ac intelligibile, Intelligentiam quia magis quam anima rationalis immaterialis est, magis quoque intelligibilem ac intelligentem effe.

21. Quoniam hæc scientia non particularem aliquæ, sed absolutam veritatem, quæ recurrat cum Ente, eamq; non propter opus aliquid, sed propter seipsum considerat; Metaphysicam non immerito veritatis Philosophiam nominari vult Aristoteles.
22. Neque solum Verum, sed & maximè verum Metaphysica considerat. Agit enim de primo caussandi principio, quod, ut esse, sic & veritatem omnibus communicat; agit præterea de ea dignitate, quæ immediate super Ens fundata, omnium prima est & verissima, nempe de quolibet est affirmatio vel negatio vera, ad quam ultimò scientiarum omnium principia resoluuntur.
23. In primo autem Principio veritatem, sicut & Entitatem maximè saluari, ex eo manifestum est, quod semper ac necessariò sine limitatione, omnem Entis plenitudinem independenter absq; participatione possideat.
24. Rem enim veram esse, est rem habentem essentiam seu suppositum, verè essentiam participare; nam rei essentia veritas ipsius est, ve humanitas est tota veritas hominis, & humanitatem verè participans, verus homo dicitur.
25. Nunc quæ suam essentiam non solum verè, sed etiam necessariò nec ab alio communicat am possident, magis vera dicenda sunt. Creata igitur omnia, quæ suam essentiam ab alio tanquam efficiente participant, quoniam potuerant non fieri, contingenter eam possident, atq; adeo ut minus firma, ita minus vera sint.
26. Nam omne verum ex hoc verum est, quia à sua essentia indivisum est. Omnis autem essentia, primi esse similitudinem refert, & omne verum, primi veri est imago.
27. Quadrupliciter igitur res perfecta Vera dici potest, primò passiuè, è quod Idea in mente divina perfectè assimilatur: Secundò actiuè, quod vim mouendi intellectum nostrum, eamque sibi ad equandi habeat: Tertiò quod sua principia essentialia verè sit assecuta: Quartò quod suppositum essentia sua verè sit unum, ab eaq; indivisum.
28. Quoniam autē veri cognitio non nisi per caussas acquiritur, quæ se infinitæ essent sciri non possent: Postquam veritatis cognitione possibilem esse docuit, rerū caussas nec in genere nec in specie infinitas esse demonstrat.
29. Quæ nam inueniendæ veritatis impedimenta se offerant, deinceps enumera-

enumerat, videlicet naturalis propensio, ad certas aliquas disciplinas mentem astringens, Ignoratio modis sciendi, & defectus naturalis iudicij, in ijs quia rationes probabiles transcendere non audent.

30. Postremi isti maximo impedimento laborant; siquidem veritatem in se ipsa intueri non volentes, sed ad aliorum intellectu seu autoritatem recurrentes, non ex rebus ipsis, sed ex cognitione docentis veritatem metiuntur: Neque rebus ipsis, quia tales esse cognoscunt, sed quia tales esse dicuntur, mente suam adhibent. Si quid autem praeter ea, quae consueuerunt, audire contingat, fidem suam accommodare proterue recusant.

31. Quod sane si in ijs statum rebus facerent, quae humanae mentis aciem superentes, sola fide divinae autoritati innixa, credenda nobis Deus in Ecclesia proponit, quod humanae rationi loquentis Dei autoritatem praeferrant, premio laude dignos esse iudicarem.

32. Ceterum idenidem in ijs, ad quae intellectus noster haud difficile pertingit, facillitare, & non iam Deus, sed cuius humanae autoritati (quam tamen ab errore liberam esse non constat) in omnibus velle acquiescere, ut magnam ingenij debitatem arguit, ita summum indaganda veritatis esse obstaculum, auctor est Aristoteles.

IN III. LI.
BR V M.
Conclu. 33.

QUONIAM vero de singulis dubitare, magnum inquirenti veritatem auxilium praebet, Aristoteles integro lib. 3. questiones Metaph. in veramque partem discutit, ut consperatis dubitationum nexibus, earum solutionem facilius inueniat.

IN IV. LI.
BR V M.
Conclu. 34.

CIRCA quanam versetur hac scientia Metaphysica, lib. 4. declarat: Cum enim primas & ultimas, abstractasque rerum causas consideret, eam circa Ens ut Ens securum omnium Entitatem versari demonstrat.

35. Posse autem omnia Entia sub unius scientiae contemplationem cadere, ex eo quod omnia entia praedamentalia ad Ens primum (tangquam primum efficiens, exemplar & ultimum finem) de quo hic agitur, analogiam quandam habeant, manifeste deducit.

36. Ens sola ratione à rebus, de quibus dicitur, distinguitur, sicut etiam ab essentia & existentia. Res enim eadem per modum habitus concepta, Essentia; per modum vero actus considerata, Existentia dicitur, ut lux & luceret rem eandem modo tamendiuero dicunt.

37. Hoc quidam aliter explicat: Cum enim eadem realitas, que potentia, etiam intellectui diuino obijciatur; dicunt rem eandem, prout est objectum intellectus Dei, Essentiam; prout autem est terminus operationis eiusdem, Existentiā; prout deniq; in natura extra suas causas existere potest, Ens denominari.
38. Non solum autem Metaphysicam de Ente, sed etiam de unitate seu uno, quod eandem cum Ente naturam sortiatur, considerat.
39. Esse verò Vnius & Entis eandem naturam, ex eo, quod nullam in res substrata differentiam constituant, quod simul cum ipsa generentur & intereant, quodq; res qualibet per suam substantiam Ens, & unasit, aperte satis colligit.
40. Neque etiam solam Unitatem, sed Unitatis quoque species; Identitatem videlicet, qua in substantia; Similitudinem, qua in qualitate; & Equalitatem, qua in quantitate Unitas est; & horum opposita, Metaphysica declarat.
41. Mirum videri non debet, cur Philosophus Entis & Vnius easdem esse passiones, afferat; quoniam videlicet Vnum est Passio (licet impriore) ita immediate inherens Enti, ut ea mediante omnes alia eidem inhaerescant, non secus atq; in Physicis quantitate media, qualitates omnes & formae insint materiae.
42. Quoniam verò Entis ratio maximè saluatur in substantia, docet hanc scientiam præcipue circa substantiam versari, similiter quod hec scientia prima sit & certissima, ait eam agere de communissimo & firmissimo scientifico principio, videlicet: De quolibet est affirmatio vel negatio vera; vel contradictoria simul non conueniunt eidem; vel Quodlibet est vel non est. His enim modis hoc primum scientificum principium enuntiari consuevit.
43. Quod autem hoc principium sit omnium firmissimum & certissimum, ex eo manifestum est, quia cum sit primum & immediate super Ens fundatum, alteri priori, per quod probari posset, non innititur, eiq; non per discursum aut Hypothesin, sed absolute per simplicem terminorum cognitionem assentimur.
44. Idem principium esse nobis notissimum ex eo persuadetur, quia ab omnibus quocunque concesso conceditur: Sic enim qualibet proposicio à

tio à nobis admittitur, ut simul eius contradictriam admettere recusemus: Quare super vim huius principij omnis nostræ mentis assensus fundatur.

45. Hinc est, quod vis eiusdem principij, demonstrationum omnium radix sit & origo: Fundatur enim in Ente, in quantum habet rationem Vnius, seu indivisi in se & diuisi à quolibet alio. Sic autem quodlibet tale quid esse demonstramus, ut simul ab eodem oppositum eius arceamus.

46. Ceterum communissima Demonstrationum principia duplicita sunt, quædam solam formam seu vim illatiuam Syllogismi aspiciunt, ut dici de omni, quod omnem Syllogismum affirmantem primæ figuræ virtute continet; & dici de nullo, ex vi cuius negatius Syllogismus primæ figuræ dependet: Verum haec principia propria sunt Logica.

47. Alia porro principia sunt, quorū virtus ad Syllogismi materiam, seu ad singulas propositiones extenditur, inter quæ suprà nominatum, quod omnes scientias ingrediatur, communissimum est. & cæterorum fundamentum.

48. Cum autem principiorum notitiam à natura nobis insitam esse, dicitur; non sic est intelligendum, quasi illa intellectui nostro extrinsecus non accesserint; sed quod nullo externo lumine, & absque artificiose discursu, per solam terminorum intelligentiam eidem ingenerentur.

49. Quoniam vero perfecta scientia munus est, non solum veritatem de subiecto proprio confirmare, sed oppositos quoque errores refellere; quatuor antiquorum opiniones reiicit; primam eorum, qui omne apparen̄t verum esse dixerunt; alteram eorū, qui nihil sciri posse arbitrati sunt; tertiam eorum, qui contradictoria simul de eodem verificari posse existimârunt; quartam, qui contradictoria posse simul esse falsa docuerunt.

IN V. LI.
BR V. M.
Concl. 5 o. **N**E terminorum ambiguitate in progressu scientia laboratur, totum lib. 5. in multiplice vocabulorum, quæ à Metaphys. usurpantur, acceptione declaranda, utiliter admodum consumit.

IN VI. LI.
BR V. M.
Conclu. 51. **I**N sequenti lib. 6. docet Metaphysicam versari circa causas & principia Entium, in quantum Entia sunt; reliquas vero scientias, principia Entis particularis & earundem passionum causas considerare.

52. Ex eo vero, quod aliae scientiae Entitatem suorum subiectorum non

considerare, recte negat eisdem quidditatem earundem contemplari. Cū enim Ens & Quid conuantur, & cuiusq; Quidditas sit ipsius Entitas, soli Metaphysico utriusque cura commissa est.

53. Particulares igitur scientia, posito subiecto sua quasdam quidditates esse, & quid sint (saltē per scientiam confusam, seu quid nominis) passiones de illis demonstrando, eadem clariū explicant.

54. Non solum enim quidditas per demonstrationem in scientijs declarari non potest, sed neque ea definitio, quæ per omnes causas datur, de suo definito, secus autem, quæ per unam, eamq; remotam causam assignata fuerit: Hæc enim per definitionem aliam, ex propinquiori causa sumptam, de suo definito poterit ostendi.

55. Hanc scientiam Metaphysicam non modò circa Ens ut Ens, sed præcipue circa primum Ens à materia re ipsa separatum, in quo tanquam necessario, Entis ratio maximè saluatur, pertractare docet.

56. Ex quo non ineptè colligit, hanc scientiam Theologiam seu diuinam, vocandam esse, & omnibus alijs esse honorabiliorem, siquidem esse diuinū intra ambitum subiecti sui, tanquā partem principalem, cōtinet.

57. Quin & hoc ex suprà dictis apposite deducit, cū ad Entitatem primi (de quo Metaphysicus considerat) cætera omnia tanquam ad primū efficiens & finem ultimum referantur, eam scientiam, quæ de Ente primo agit, simul etiam agere de Entitate omnium, ac proinde scientiam hanc esse communissimam.

58. Posset etiam hæc scientia vniuersalis dici, non solum, quod Ens primum & communem causam omnium considerat, sed quod pro subiecto habet Ens ut Ens, quod de omni Ente, tam de primo, quam de ceteris, analogiè prædicatur.

59. Quamvis verum sit Metaphysicum de Ente ut Ens est pertractare; tamen Ens per accidens siue illud raro contingens, siue ex pluribus conflatum categorijs existat; quod per se causam nullam habeat, tam ab hac, quam ab omni aliascientia, excludendum esse docet.

60. Illud præterea Verum, quod est adæquatio intellectus, seu conceptus nostri cum suo obiecto, siue ex simplici siue ex composito conceptu oriatur, quod hoc etiam ex pluribus & per accidens conflatum sit, ab hac scientia proorsus excludendum iudicat.

QVO-

**IN VIII.
BR V M.
Conclu. 61**

Quo modo Entis ratio substantia & accidentis seu i. pre-dicamentis conueniat, lib. 7. declarat, & in categorijs, substantiam primum locum obtinere demonstrat.

62. Ens igitur substantia & accidentibus, quibus illa cognitione, definitione & tempore prior est, analogice conuenire, & accidentia non tam esse Entia, quam Entis substantialis, quod afficiunt, & denominant, quasdam dispositiones, affuerat.

63. Hinc tamen accidentia nullam habere propriam Entitatem, inferre non licet: Cum enim sint terminus alterationis, & ratio seu instrumentum agendi substantijs, Entitate propria omnino carere non possunt.

64. Ceterum cum Entitatem suam Accidentia habeant in substantijs, non immerito queri potest, num in abstracto cognita, aliquam Entitatem retineant. Respondemus, nostrum modum intelligendi Accidenti nullam Entitatem detrahere, licet absq; subiecto praecise consideretur: Eandem enim Entitatem, licet diuerso modo, Concretum & Abstractum, denotant.

65. Quia vero non tam actu quam potentia subiectis inhærere, essentiale est accidenti; absque subiecto per diuinam potentiam effectiuè sustentatum, accidens in natura cohærere potest.

66. Hoc enim inter formalem & efficientem causam discrimen est, quod efficientia huius, à causa superiori suppleri potest, illius vero minime.

67. Quod autem substantiam esse tempore priorem accidente, afferit Philosophus; sic est intelligendum, quod aliqua substantia, primi vide-licet, absque omni accidente reperitur, nec ullius substantiae quidditas ab accidente dependeat; è contra tamen omne accidens subiectum aliquod saltem potentia requirit.

68. Neque minor est dubitatio, quomodo accidente substantiam cognitione priorem afferat; cum tamen scientiam nostram per sensus, qui tantum sunt accidentium, hauriamus; dicendum existimo, Philosophum de solo priori dignitatis locutum esse; nam dignius quid de re qualibet sciet, qui substantiam, quam qui solum accidens ipsius cognouerit.

69. Subiectum autem seu primam & singularem substantiam ait ma-xime rationem substantie sortiri, & hanc in partes, materiam scilicet & formam

formam diuidens, substantiam magis forma (de qua sola hoc loco agendum docet) quam materia conuenire, contra antiquos ostendit.

70. Formam igitur seu Quod quid est, primum Logicè definiens, ait illud cuique esse, Quod quid est, quod de ipso in primo modo dicendi per se prædicatur, & per quod ad questionem factam per quid aptè respondetur.

71. Ostendit deinceps Quod quid est & definitionem primo & absolute tantum conuenire substantijs, Enī autem per accidens & simplicibus accidentibus, non nisi secundario, cum additione scilicet subiecti, quod loco generis eorum definitionem ingreditur.

72. Inter accidentia per se, essentialia seu propria (Quæ accidentia copulata vocat) & inter accidentia per accidens, seu communia, hoc ait esse discrimen, quod illa, quia subiectum determinatum connotant, per eius additionem definiri, licet impracticum (quod subiectum bis repeti necesse sit) possint, haec vero, quia non ex determinato subiecto oriuntur, omnino non definiri; loquitur autem in his de accidentibus concretis.

73. Licet prædicata seu quidditates omnium prædicamentorum subiectivæ sint idem cum eo, cuius sunt; tamen sola quidditates substanciales, cum eodem identificantur formaliter, seu essentialiter; hinc est, quod genus differentia & species rem eandem, modis tamen diuersis, significant.

74. Ex eo quod docuit in substantijs, Quod quid est, esse subiectivæ & essentialiter idem cum eo, cuius est; colligit, Platonicos non rectè statuisse quidditates rerum, separatim à rebus subsistentes, quas species seu Ideas appellantur; verum an Aristoteles Ideas Platonis rectè condemnauerit, iam mode definiemus.

75. Cum deniq; in sequentibus ait, Vniuersale non esse substantiam, eò quod de subiecto seu singulari prædicetur; non vult vniuersale substantia existentis rei substantiam non esse, sed nondicere eam per modum substantie, sed per modum accidentis seu prædicati; siquidem vniuersale per operationem intellectus, rei seu prime intentioni accidit.

76. Nunc vero si placet de IDEIS, Platonis sententiam fideliter referemus; non tamen de omni Idea, sed de diuinis tantum, quid Plato senserit, explicabimus.

77. Siquidem Idea nomen largè sumptum & diuinis complectitur & humanas,

bumanas, que diuinarum quedam vmbreculæ sunt, & mentis nostræ simulachra, quibus mediantibus intelligimus & operamur.

78. Quantum igitur ex Dialogis Platonis, præsertim Parmenide, Timeo, Phædone, & 10. de Repub. colligere licet, Ideas ad diuersa relatas, varijs Plato nominibus appellauit.

79. Ut enim Idea causæ rationem induit, ἀρχὴ seu principium, πρότερον seu exemplar, & αἴτιον seu causam vocat; ad artificem verò relata eam τέλος seu speciem, & εὔνοιαν vel notionē dixit; deniq; Ideas ad res earum similitudinem referentes, collatas, λογοῖ se surationem atq; etiam γένος vel id est nominauit.

80. Idearū necessitatē duabus ex causis Plato confirmauit, una sive rerum prima effectio, nec non continua earundem generatio, altera, rerum cognitionis; siquidē res nullas subsistentes veras esse & perfectas, cognoscere possumus, exemplaribus illarum ignotis.

81. Triplicem causandi rationem Idea sustinet, formæ videlicet, finis, & exemplaris, quam postremam causam Platonici peculiariter ceteris causarum generibus annumerârunt.

82. Tres autem præcipuas rerum causas Plato coæternas constituit: Patrem, scilicet D E V M, omnia dantem; materiam omnia recipientem; & Ideam omnibus communicatam seu impressam; verum non recte materiam D E O coæternam statuit.

83. Ideas non per se extra mentem diuinam subsistentes, aut in Lunæ concauō, firmamento, aut alia in mundi parte, aut extra mundum in vacuo imaginario, Platonem collocâsse, sed tantum in mente D E I uniuersi Opificis, facile tuebimur.

84. Licet D E V S infinitus sit; Plato tamen infinitas Ideas ipsi non concessit, quia fortasse D E V M modis infinitis imitabilem esse non putauit; plures proinde quām sint rerum in natura existentium species, Ideas esse non concessit.

85. Quomodo verò Ideæ, cùm sint in mente diuina ab eiusq; essentia simplicissima non distinguantur, plures dici possunt; varie responderi solet; quibusdam dicentibus, non aliud Ideas esse, quām res extra D E V M existentes, eodem modo ab ipso conceptas.

86. Alij verò rectius unitatem & pluralitatem Idearum ex eo colligunt,

gunt, quod afferare Ideam dicere solam essentiam DEI, quatenus à creaturis est imitabilis & rerum omnium perfectiones representat.

87. Secundum priores, Idea plures sunt in DEO, sed tantum obiectum, perfectione inaequales & corruptibles; res enim non aliter quam in seipsis existunt, DEO quoq; obiectiuntur, ab eoq; cognoscuntur.

88. Secundum posteriores verò plures item Ideas sunt in mente diuina, non tantum obiectum, sed & subiectum, cum ipso idem essentialiter, diuina ratione esse. Idea non vocatur, nisi in quantum ratio vel similitudo huius vel illius existit.

89. Atq; hinc isti declarant, quemadmodum Idearum numerus diuina simplicitati non aduersetur; quia nimirum essentia diuina, non secundum aliam & aliam perfectionem, quam illa re ipsa distinctam habeat, sed quam noster intellectus distinguit, imitabilis est. Itaq; plures Ideas ratione sola distinguuntur.

90. Non omnium que sunt Ideam Plato posuit. DEI siquidem, Idea, & materia prima, quod à nullo producta esse existimauerit, nullā Ideam concessit.

91. Analogorum item, individuorum, partium, accidentium, & generum Ideam esse negavit; tantum autē specierum perfectarum substantiarum, Ideas admisit.

92. Potest IDEA definiri, forma separata à sensibilibus, immobiliis, existens in mente diuina, causa eorum, quae producuntur, ut exemplar, finis & forma.

93. Quia verò Ideas tandem cum natura diuina, essentiam sortiri dicimus, in hoc ab Ideis intellectus nostri distinguuntur, quod hæ sint accidentia à rebus exortæ, quodq; morte vel obliuione ab intellectu deleri possint.

94. Cum igitur Platonis hæc de Ideis commentatio veritati sit valde consentanea, nihil relictum est, in quo à Peripateticis iuste carpi posuerit.

95. Quocirca si Simplicio credimus, Aristotle non tam rem ipsum, quam ineptum loquendi modum, ut qui Idearum veritatem potuerit obscurare, in sententijs Praeceptoris sui corrigere studuit, ut sic Platonis corum dogmatum clarius apud omnes innotesceret sapientia.

IN VIII. LIBRVM. OCTAVO libro, qui septimi quoddam complementū est, Concl. 96. agit de materia & forma principijs substantiae sensibilis, ut per huius cognitionem intelligibiles substantias, que hic potissimum queruntur, cognoscantur. Verum de his satis in Physicis; illud hic asseruisse sufficiat. Totum seu Compositum suis partibus essentialibus simul sumptis, realē Entitatem nullam addere.

IN IX. LI. BRVM. VT lib. 7. de Ente ut in accidente & substantia conservatur; ita lib. 9. agit de Ente, prout per actum & potentiam tanquam per duos modos diuiditur, & primò quidem de potentia Physica sermonem instituit.

98. Verum diuisio Entis in actum & potentiam duplicitur sumitur; primò ut Ens actu, dicit Ens necessarium, primū purū actū, quodq; categorijs non includitur: Ens verò potentia, dicit Ens contingens, sub se continens res prädicamentales, ut possibiles sunt, & actui puro opposita.

99. Altero modo sumitur actus & potentia, quatenus ambo rebus singulorum prädicamentorum diuersis temporibus conueniunt; licet res secundū potentiam, per accidens solum in prädicamento collocentur.

100. Cum verò potentia triple sit; logica, qua est non repugnantia terminorum, & Metaphorica, qua (verbi causa) linea Mathematica, potentia diuisibilis dicitur, & Physica, qua ad actum per motum reducitur, de hac postrema potissimum agendum afferit.

101. Porro Physicam potentiam triplicem constituit; actuum, qua est principium transmutationis in aliud, in quantum aliud; passiuam, qua est principium transmutationis ab alio in quantum aliud; & potentiam, per quam aliquid redditur impossibile in peius, ab alio in quantum aliud, qua resistendi potentia dici potest.

102. Habet autem potentia seu possibile respectum duplē, unum ad subiectum, quod pati potest, alterum ad agens, à quo pati potest: Idem verò respectu eiusdem agens & patiens esse non potest.

103. Penes subiectum deinceps potētias distinguens, eas in Animatum & Inanimatum, Rationalem & Irrationalem diuidit; Rationales habitus, factios præsertim, quod sint quoq; principium agendi in aliud, in quantum aliud, potentia nomen sortiri docet.

104. Eam verò inter naturales & rationales potētias differentiam statuit,

statuit, quod priores ad unicum in specie, & eodem modo operandum, determinatae sint; posteriores etiam opposita, & diuersis modis agere possint.

105. Definit præterea Possibile id esse, quod si ponatur in actu, nihil sequitur inconueniens. Actus autem quamvis propriè formam dicat, quia tamen rei existentiam, quam ex motu cognoscimus, maximè indicat, secundùm nos primo motui tribuitur.

106. Ex possibilis seu potentiae definitione duo colligit, primum, nihil esse possibile (ut ipse quidem sentit) quod aliquando non futurum sit; alterum, si antecedens possibile est, consequens quoq; vel contingenter vel necessariò fieri posse.

107. Similiter ingenitas potentias actus suos seu operationes præcedere, docet; acquisitas verò potentias, qui habitus animi dicuntur, actus subsequi.

108. Ut potentia Irrationalis ad actu reducatur, ait congressum actus cum passiu sufficere; ad Rationales verò potentias actuandas, requirit electionem, qua ad oppositorum alterum amplectendū, animus inclinetur.

109. Posse potentiam, sermonem de actu habiturus nonde istis Physice ut a motu defumuntur, sed Metaphysice ut actus, Existendi actu dicit, cui potentia obiectiva opponitur, loqui instituit.

110. Hoc modo sumptum actu, ait, definiri non posse, nisi per respectum ad potentiam, dicens Actum esse quandam Entis dispositionem potentiae oppositam: Aliter enim se res habet actu existens, aliter existens in potentia.

111. Rursus actu & potentiam quandoq; ait referri ad esse, quandoque ad operari; priori modo actus forma dicitur, posteriori operatio; addit autem in quibusdam ab actu pro operatione sumpto, potentiam separari; in alijs verò (ut in diuisione continui) actu à potentia esse inseparabilem.

112. Potentiam deinde duplēm assignat: Propinquam, quæ unicam mutationem, & ab uno agente, ad actu reduci potest: Remotam, quæ non nisi pluribus transmutationibus actuatur. Ex his quoque duplēm materiam, propinquam scilicet & remotam, concludit.

113. Actum ratione, tempore & substantia priorem esse potentia ex eo colliguntur.

colligit, quia ratio potentiae magis sumitur ex ratione actus, quam est contrario; & actus magis Entitate participat. Licet autem ratione eiusdem prior sit potentia, actu; absolute tamen in diuersis spectata, actus potentiam praecedit.

114. Actum secundum, seu operationem, in immanentem & transiuntem partitur, inter quos duplex discrimen statuit: Vnum est, quod prior est perfectio agentis, alter perfectio acti seu moti: Alteram, quod ille est finis per se intentus ab agente, hic vero quia terminatur ad aliquid operatum, est finis sub fine, ut edificatio sub domo, qui tamen ambo sunt finis edificatiuæ potentie.

115. Ex his colligitur substantiam & speciem rei, actum esse, & non potentiam. Cum vero omnes naturæ rerum actus sint, ante quemuis actum, alium actum praecedere docet, donec ad primum & simplicem actum, seu mouens non motum, perueniatur.

116. Omne siquidem mouens motum, quia ex actu & potentia compositum est, ad simplicem & purum actum reduci debet. Addit semper corpora esse actus & non potentias, tam si essentia ipsorum, quam motus spectetur, quamvis omnia sunt in potentia ad ubi, & aliqua ad lumen; hac tamen non omnia veritati consonant.

117. Actum deinceps & potentiam in bonitate & malitia comparat, in bonis enim actum potentiam, in malis potentiam actu meliorem esse docet, ex quibus infert in semperternis & principijs, cum non sint in potentia, nullum esse malum.

118. Deinde vero actum & potentiam cognitioni comparans, docet veri cognitionem in actu, non autem in potentia consistere. Res enim quales sunt intelligi non possunt, nisi latentes in suis principijs, explicentur; & actu in conspectum intellectus proferantur.

IN X. LI.
BR V M. LIB. IO. agens de Ente, prout in Vno & multis saluatur,
Concl. 119. initio statim quadruplicem Vnius acceptione tradit: Cum enim Vnum indivisionem dicat, quedam formâ continuationis, quedam formâ naturali, quedam formâ seu notione vniuersali, quedam deniq; (ut singularia) secundum esse & cognitionem vna sunt: His tamen rationem Vnius seu indivisionis non æqualiter & vniuersale conuenire docet.

120. Posse multiplicem Vnius acceptiōnē ponit vnius proprietatem,

videlicet esse metrum, seu mensuram omnibus, & à nullo mensurari, ab ipso rationem mensuræ ad alia deriuari: Siquidem unitas mensurat numerum, hic verò continuum, à quo transfertur ad velocitatem, gravitatem: In quibus autem reperitur ratio mensuræ, inuenitur quoque ratio quantitatis vel extensio vel virtutis.

121. Vnum quod rationem mensuræ significat, docet esse indivisibile, vel simpliciter, ut unum numericum, vel secundum quid per imitationem Vnius, quod in partes eiusdem denominationis non dividitur, ut cubitus: Si enim mensura indivisibilis esset, eiique addi aliquid vel detrahi posset; nullam nobis de rebus mensuratis certitudinem ostendere posset.

122. Sunt autem quatuor Vnius proprietates, quæ ad alia quidem genera, non tamen ad omnia referri possunt: Ut enim unitas ad numeros secundum distantiam & compositionem se habet; ita omnia Entia ad Ens primum.

123. Similiter ut Vnum indivisum est, Multa autem divisoria sunt, aut ex divisione caussata: Sic Ens primum indivisum est, cetera verò compositionem & partium multitudinem dicunt; ita motus primi mobilis uniformis & indivisibilis est, ceterorum verò colorum difformis & varius.

124. Ut præterea ad Unitatem sifit Numerorum resolutionis; sic compo- sita ad sua principia & continua ad minimum, per quod mensurantur; deniq; ut Unitas absolute mensurat Numerum absolute sumptum: Sic Unitas subiecto applicata, Numerum similiter adres contractum; nam uno homine omnes homines mensurare possumus.

125. Ex eo porrò metrum rerum, unum esse demonstrat, quod ad ipsum ultimata fiat compositi resolutionis, ex eo verò quod in eadem sit resolutionis, ex quibus res antea componebatur, mensuram mensurato semper homogeneam esse, colligitur.

126. Licet Entitas primi Entis, quia in nullo recepta est, est mensura maximè una omnium quæ sunt; & tempus quia solum est receptum in primo mobili, sit mensura una, omnibus quæ sub ipso labuntur; contingit tamen alias mensuras subiectis multiplicari; albedo siquidem, que est colorum omnium mensura, in pluribus reperitur.

127. Dicatum fuit mensuram esse unigenitam mensurato, eò quod summum & simplicissimum in quoque genere sit metrum ceterorum; non tamen requiritur,

quiritur, ut prorsus sine yniuoca: Nam conuenientia analogica quandoque sufficit.

128. *Vt res naturales sunt mensura intellectus seu scientiae nostrae; sic et contrario res artificiales veritatem & mensuram, sicut et iam esse, ab intellectu nostro desumunt: Siquidem omni potentiae actiuae, respectu passiva, ratio prioris & mensurantis conuenit.*

129. *Vnum igitur habet rationem mensurae, hæc autem primo Quantitat, cum qualitat & alijs generibus conuenit; est etiam Mensura secundum quantitatem vel qualitatem iudiuisibilis, vel simpliciter vel in quantum vnum.*

130. *Non solùm in quovis genere vult dari aliquod vnu, videlicet sumum, ad quod tanquam mensuram ordinantur inferiora: Verum ostendit, dari aliquod Vnu, quod sit mensura omnium Entium absolute: Nam cum Vnum ex Ens conuertantur, ut omnia ad Ens primum; sic quoq; ad primum vnum referri necesse est, quamvis accidentia ad illud mediante substantia tantum reducantur.*

131. *Ex quo sequitur istud vnum, quod est mensura omnium, cum sit initium numeri formalis (qui ex formarum diuersitate constituitur) esse re ipsa separatum à materia, non tamen in praedicando, sed in causando solum yniuersale dici, afferit.*

132. *Cum materialis substantia, ad immaterialē tanquam ad caussam exemplarē, efficientē, & finē educatur, & accidentia ad substantiā materialē, sit ut prima & immaterialis substantia sit mensura rerū omnium.*

133. *Prima autem substantia seu DEO rationem mensurae competere, ex mensura proprietatibus, esse videlicet indiuisibilem, irresolubilem ac independentem, quæ primo DEO conueniunt, manifestum est.*

134. *Porrò vnum quandoque de indiuiso actu & potentia, interdum verò de actu quidem indiuiso, potentia autem diuisio dicitur, posteriori modo vniuersitas multitudo quedam dici potest, quæ tamen multitudini in actu opponitur.*

135. *Non omnes Philosophi qualibet Vnitate Numerum constitui concedunt: Quidam enim ex Vnitatis bus essentialibus seu formalibus, que cum Ente conuertuntur, absolute tantum multitudinem, Numerum autem ex sola diuisione quantitatis conflari dicunt.*

136. *Alij*

136. Alij verò in qualibet formalitate recepta seu concreta duplēcē Vnitatem discernunt, vnam, quæ ipsam formalitatem absolute alteram, quæ formalitatem, ut in hac vel illa materia, in hoc vel illo supposito recepta est, consequitur.
137. Priorem Vnitatem, quam formalem seu transcendentem vocant, opponi volunt multitudini priuatione, alterā, quam dicunt esse accidentalem, aiunt opponi multitudini seu numero relativū, ut mensura mēsurato.
138. Viraq; vnitate concedunt effici numerum, sed priore tantum inchoatiū, posteriore quia in pluribus subiectis recepta est, etiam constitutiū. Ego sententiam hanc posteriorem probabiliorem existimo.
139. Postquam de Vnitate & opposita ei multitudine egit, de Contrarietate, quæ & ipsa quod inter duorum extremonrum latitudinem continetur, multitudinem indicat, sermonem instituit.
140. Qnoniam verò contrarietas terminatur à habitus formis sub eodem genere maximè distatibus, definit Contrarietatem esse maximam distantiam sub eodē genere; & Contraria, eiusdē distatia extrema dicuntur.
141. Quod autem vnum extremonrum vnius distantia se habet ut habitus, alterum ut priuatio, siquidem præsentia vnius, est priuatio alterius à subiecto; idem priuationem perfectam, & habitum sub oppositione contraria contineri afferit.
142. Cùm verò contraria non solum dicantur formæ plimatae oppositæ, sed & agentia, motus & subiecta, quibus contraria vel insunt, vel acquiruntur, his contrarietatem solum analogicē, & primò quidem solis formis conuenire docet.
143. Vnum & multa, quæ prima contraria à Philosopho vocantur, etiam per modum habitus & priuationis opponuntur; similiter idem & diversum, simile & dissimile, æquale & inæquale, quæ ad oppositionem primorum contrariorum reducuntur.
144. Est autem Vnitas triplex, prima quæ maximè vnitatis dicitur, qua Ens diuiditur in vnum & multa, seu in simplex & compositū; altera est vnitas formalis seu transcendens, quæ cum Ente conuertitur, quæ minor est; tertia deniq; est vnitatis suppositi, seu numerica, quæ omnium est minima, ex priori vnitate prima contraria constituuntur.
145. Deniq; contraria non generare sed tantam specie sub eodem genere distare,

distantia media vero inter contraria ex ipsis extremis componi; Masculinum autem & femininum, quamvis animal diuidant, quia non formaliter, sed tantum materialiter differunt, contrarie non opponi docet.

IN XI. LIBRVM.
Concl. 146.

VNDECIMO lib. Metaphysicae Aristoteles, qua prioribus libris dicta fuerunt, sub quodam compendio repetit, quo nos recenti eorum recordatione, facilius in notitiam separatarum mentium inducere valeant.

IN XII. LIBRVM.
Concl. 147.

ME N S enim Philosophi est sequenti 12 lib. de substantia immobili re ipsa à materia separata disputare; prius tamen quedam de substantia superius dicta recolligit.

148. *Ait autem, sibi decretum esse considerare substantiam immobilem ac sempiternam, propter quam prius de corruptibili principijs materia & forma disputauerat.*

149. *Substantiam sempiternam & immobilem dari, ita necessarium est, si iudicat, ut, nisi hæc detur, nihil aliorum dari posse existimet: Nisi enim in causis & effectis concedatur progressus in infinitum, ad actum primum à nullo priori dependentem, atq. adeò sempiternū perueniendū erit.*

150. *Hanc verò immobilem & sempiternam substantiam actu semper & necessariò mouere, ex generationum vicissitudine, ex motu cœli, quem perennem esse existimat, & ex primi mouentis immobilitate colligit: Si quando enim motionem suam intermittere, iterumq. resumere posset, moueretur à potentia in actum, nec esset omnino immobilis.*

151. *Verum hæc ratio Aristot. in vera Philosophia vim nullam habet: Potest enim prima substantia, seu Deus gloriösus, ex non creante & mouente, creans & mouens fieri, rebus creatis vel motis tantum immutatis, ipso verò immobili permanente. Nam actiones ad Extra cum in operante non recipiantur, nullam in ipso mutationem constituunt.*

152. *Quinq. deinceps perfectiones prime, sempiterna ac immobili substantiae colligit, videlicet, quod ceteros orbes seu intelligentias earum moueat ve finis, quem omnes in mouendo asequi conantur.*

153. *Ite quod sit obiectum Intellectus nobilissimū; & cum habeat rationem optimi, sit appetibile præstantissimum; quodq. mouēdo primū cœlum, moueat per ipsum omnia; siquidem ceterae intelligentiae mediante cœlorum motu, formas omnes materiae inuolucas explicant, & in lucem conspiciuntq. producunt.*

154. Docet etiam hanc primam intelligentiam summa delectatione perfrui, cum quod intelligat & amet seipsum, que est summe intelligibilis & amabilis; cum quia est causa prima, que summe amat & intelligitur ab intelligentijs reliquis.
155. Quoniam vero prima intelligentia seipsum intelligit, & quia intelligere est actus vitalis, & vita viuentibus est esse; ostendit primum principium ut habet esse & essentiam nobilissimam, sic quoque vitam degere longè felicissimam.
156. Ex eo autem quod hæc immobilitas & sempiterna substantia (vt ipse quidem Aristot. et si falso ait) mouet tempore infinito, atque adeò vim mouendi infinitam habet, eam ab omni materiali concretione segregatam esse colligit.
157. Numerum deinde abstractarum substantiarum inquirens, ait eas plures esse, posse unam primam, que est principium omnium Entium, per se & per accidens immobilitas; mouens tamen primum mobile.
158. Secundum orbium multitudinem, quam ex Eudoxo & Calippo, antiquis Astronomis desumpfit, 56. esse intelligentias colligit, easque singulas immobiles, sempiternas ac indivisibiles esse concludit. Verum Aristot. Intelligentiarum absolutum numerum colligere vi naturali non potuit.
159. Proponit deinceps duas questiones; an diuina substantia sit sua intellectio, & an Deus aliquid intelligat diuersum a seipso; priusquam his respondeat, ait (licet falso) non conuenire diuino ac nobilissimo intellectui cognoscere res viles ac infimas, sed tantum unum nobilissimum objectum: Illud autem verissime addidit, ipsum ab uno intelligibili in alterum non transmutari.
160. Priorem deinde questionem soluens, ait, intellectum diuinum non esse in potentia ad suum intelligere, sed intelligere esse suam essentiam, secundum quam semper actu intelligit, nec unquam inuenitur (vt dicens) in potentia.
161. Alteram questionem ita explicat, Deum nihil à se diuersum intelligere: Cum enim res intellectus intellectu sit nobilior, aliquid in rebus diuino intellectu nobilius foret; siquidem obiectum, mouentis; intellectus vero, mobilis, & ex consequenti ignobilioris rationem habet.
162. Veritas huius questionis hæc est: Cum essentia diuina summe sit immate-

immaterialis, summè quoq; est intelligibilis; & sub hac ratione semper intellectui diuino præsens; seipsum totum semper ac necessariò D E V S intelligit.

163. *Cum autem essentia diuina infinita sit, eam intelligendo, cognoscit Ens infinitum; rerum omnium perfectiones continens; ideoq; res omnes in seipso cognoscit, nec quicquam est, quod diuinum eius aspectum subterfugere valeat.*

164. *Ex dictis inferat Arist. D E V M qui non modò intelligit seipsum, sed est ipse suummet intelligere, posse etiam intellectionem suam, non secundario sicut nos, sed per se primò & directè intelligere.*

165. *Quærerit præterea, num D E O maior insit nobilitas ex ratione intelligentis, an ex ratione intelligibilis, respondet penè utrunque paremei nobilitatem competere.*

166. *Inquirit etiam, num intelligat D E V S componendo & dividendo; negat hunc modum diuina simplicitati competere: Non enim omnem suam perfectionem simul, sed paulatim & successiue tantum possideret: Omnia igitur simul vnioco, perpetuo & simplicissimo intuitu intelligit.*

167. *Volens ad extreum conuerzionem & ordinem vniuersi cum suo primo motore ostendere; quærerit num bonum & optimum vniuersi intra ordinem vniuersi includatur, an verò sit supra & extra ipsum, & an bonum vniuersi sit bonum ordinis.*

168. *Est enim triplex bonum in vniuerso: Primū est bonum cuiusq; partium eius, alterum est bonum ordinis earundem inter se, tertium est bonum principij seu Principis, quod vocat bonum separatum, ad quod vniuersi bonum reducitur.*

169. *Quæstiōne igitur respondens ait, bonū quidem vniuersi esse bonum ordinem partium eius; hoc tamen ulterius ad finem optimum, quod est bonum principij extra & supra ordinem seu bonum vniuersi existens, reduci; ut bonum exercitus ad bonum Principis.*

170. *Nam bonum, ad quod tam partes, quam totum vniuersum entuntur, est, ut in mundo inferiori ex potentia materiæ explicentur, ea que in mundo intelligibili, seu intellectu primi principij continentur.*

171. *Non uno tantum sed diuersis ordinibus, vniuersi partes sub primo principio ordinatae sunt: Quædam enim bonum vniuersi constanter adeo pro-*

procurant, ut extra ipsius ordinem nunquam aberrent, cuiusmodi sunt cælum & intelligentia. In alijs autem multa casu & fortuito atque adeò præter ordinem vniuersi fieri contingit.

172. Antiquorum denique de rerum principijs errores corrigens, eos maximè condemnat, qui plura principia, nec tamen inuicem subordinata constituebant, concludens, cum Vniuersum unus tantum sit principatus, unicum eius esse principium seu Principem, qui est Deus glorioſus & benedictus in secula seculorum, AMEN.

L A U S D E O O P T . M A X . V I R G I N I Q ; M A R I E .

CONCLUSIONES hæ METAPHYSICÆ cùm ARISTOTELIS sententiam breuiter explicitant, & nihil contra Orthodoxam fidem contineant, excudi typis poterunt.

GREGORIVS DE VALENTIA Societatis IESV SS. Theologiæ Doctor & Professor ordinarius, & facultatis Theologicae pro tempore Decanus.

EASDEM Ego M. VALENTINVS ROTMARVS P. L. & Oratoria Professor ordinarius, Conclusiones ut doctissimas, ac Philosophia studioſis utilissimas approbaui.